Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



44
36

egredebantur foras: et loquebantur in unum
adversum me sussurabant omnes inimici mei:
adversum me cogitabant mala mihi Verbum
iniquum constituerunt adversum me: numquid qui
dormit non adiicet ut resurgat Etenim homo
pacis meae in quo speravi: qui edebat panes
meos magnificavit super me supplantationem
Tu autem domine miserere mei et resuscita me: et re
tribuam eis In hoc cognovi quoniam voluisti
me: quoniam non gaudebit inimicus meus
super me Me autem propter innocentiam suscepisti: et
confirmasti me in conspectu tuo in aeternum Benedictus
dominus deus israhel a seculo et in
seculum: fiat fiat psalmus dauid. 41
Quemadmodum desiderat cervus ad fontes
aquae: ita desiderat anima mea ad te deus
Sitivit anima mea ad deum fortem vivum: quando
veniam et apparebo ante faciem dei Fuerunt
mihi lacrimae meae panes die ac nocte: dum